

Zwölf Kardinäle erteilen den Besuchern der Pfarrkirche St. Gallus in Triesen Ablass.

Or. (A), PfarrA Triesen, U8. – Pg. 61,8/45,7 cm (Plica 8,7 cm). – Siegel fehlen. – Auf der Plica rechts: Jo. Albilu[s]^{a)}.

Regest: Büchel, Pfarrei Triesen, S. 53.

Erwähnt: Poeschel, Kunstdenkmäler FL, S. 106.

l¹ † Rodericus † Portuensis¹, Oliverius Sabinensis² episcopi, Johannes tituli sancte Praxedis³, Johannes tituli sancti || l² Marcelli⁴, Petrus tituli sancti Nicolai inter Ymagines⁵, Johannes Iacobus tituli sancti Stephani || l³ in Celiomonte⁶ presbyter, Georgius tituli sancte Marie in Transtiberim⁷, Johannes tituli sancte Sabine⁸, Johannes || l⁴ tituli sancti Vitalis⁹ presbyteri, Raphael sancti Georgii¹⁰ et Johannes sancte Marie in Aquiro¹¹ diaconi ac Jeronimus tituli sancti Grisogoni¹² presbyter miseratione divina sancte Romane ecclesie cardinales l⁵ universis et singulis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Tum Christi fidelium animarum salus procuratur l⁶ cum ipsorum devotio ad laudem omnipotentis dei et sanctorum eius per indulgentiarum munera incitatur. Cupientes igitur, ut parrochialis ecclesia l⁷ fundata sub vocabulo sancti Galli in Tresen¹³ Curiensis diocesis congruis frequentetur honoribus et a Christi fidelibus iugiter veneretur ac l⁸ in suis structuris et edifiitiis debite reparetur conservetur et manuteneatur necnon libris calicibus luminaribus ac aliis ornamentis l⁹ ecclesiasticis decenter muniatur in ea quoque cultus augeatur divinus. Utque Christi fideles ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad l¹⁰ eandem et ad reparationem conservationem manutentionem et munitionem ac alia opera premissa manus promptius porrigant adiutrices l¹¹ quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se relectos de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli l¹² apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui dictam l¹³ ecclesiam in singulis videlicet anunciationis beate Marie, nativitatis sancti Johannis baptiste, eiusdem sancti Galli, sancti Mamerti et ipsius ecclesie dedicationis l¹⁴ festivitatibus et diebus a primis vesperis usque ad secundas vespervas inclusive devote visitaverint annuatim et ad premissa l¹⁵ manus porrexerint adiutrices ut prefertur. Nos cardinales prefati videlicet quilibet nostrum centum dies de iniunctis eis penitentiis l¹⁶ misericorditer in domino relaxamus praesentibus perpetuis futuris temporibus duraturis in quorum omnium et singulorum fidem presentes nostras l¹⁷ litteras ad humilem supplicationem dilectorum in Christo Michaelis Kindelim^{b)} et provisorum dicte ecclesie fieri nostrorumque solitorum sigillorum iussimus appensione l¹⁸ muniri. Datum Rome in domibus nostris sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto die vero vicesima sexta l¹⁹ mensis martii. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Innocentii divina providentia pape octavi anno primo.

a) *Loch im Pg.* – b) A.

¹ *Rodrigo Borgia, 1476-1492 Kardinalbischof v. Porto u. S. Rufina.* – ² *Oliverio Caraffa, 1483-1503 Kardinalbischof v. Sabina.* – ³ *Giovanni Arcimboldo, 1476-1488 Kardinalpriester v. S. Prassede.* – ⁴ *Giovanni Michiel, 1484-1491 Kardinalpriester v. S. Marcello.* – ⁵ *Pietro Foscari, 1477-1485 Kardinalpriester v. S. Niccola fra le Immagini.* – ⁶ *Giovanni Giacomo Sclafenati, 1483-1497*

Kardinalpriester v. S. Stefano in Celio Monte. – ⁷ Jorge da Costa, 1484-1491 Kardinalpriester v. S. Maria in Trastevere. – ⁸ Giovanni d'Aragona, 1483-1485 Kardinalpriester v. S. Sabina. – ⁹ Juan Margarit, 1483-1485? Kardinalpriester v. S. Vitale. – ¹⁰ Raffaele Sansoni Galeotti Riario, 1477-1517 Kardinaldiakon v. S. Giorgio in Velabro. – ¹¹ Giovanni Colonna, 1480-1508 Kardinaldiakon v. S. Maria in Aquiro. – ¹² Girolamo Basso della Rovere, 1479-1492 Kardinalpriester v. S. Crisogono. – ¹³ Pfarrkirche St. Gallus in Triesen.